

OBSER. *Vers. 21.* Conglobantur aduersus animam iusti.] Ecce tertius prætextus impiorum, quo iure se domare simulant innocios. Primus prætextus sedis est: id est, legitimæ potestatis: alter, legum: tertius, consultationis & concilij. Videtur haudquaquam temerè plecti, qui ex sententia concilij, & multorum consultatione damnatur. Sed hoc pacto damnatus est Christus, damnati Apostoli, damnatus olim Athanasius, Ioannes Hufs, & innumeri alij boni ac pij viri. Et hodie quid aliud agitur, vbi Tridentum conglobantur Episcopi personati, Antichristi mancipia, quàm vt aduersus animas & sanguinem iustorum decernatur? Nec ociosum est, quòd non simpliciter dicit, *Conueniunt, vel confident:* sed, *Conglobantur:* id est, turmatim confluunt. Est enim vberimus in ecclesia pseudoepiscoporum prouentus, vt dum vix pauci reperiuntur, qui Christum ex animo quærunt, turmatim vndique satellites Antichristi concurrant.

OBSER. *Vers. 22.* *Sed est mihi Dominus in refugium.*] Obseruandum hîc est, quòd animus Prophetæ ab ea sede, ijs legibus & concilio illo, vbi sanguis innocuus condemnatur, horrorem quendam concepit, & ad præsidium quoddam, vbi tutus esset, confugit. Ergo non pependit ab inanibus titulis ordinariæ sedis, legum & conciliorum, sed ad rem ipsam quæ agebatur, respexit.

Deinde significat, quòd refugerit. *Dominus, inquit, ac Deus meus, refugium mihi est, & firma rupes, qua nitar.* Admonemur hîc, tam non debere nos terreri prætextu illo nominis Dei, quo suam nequitiam sedes iniquitatis palliat, & indignationem omnipotētis omnibus sibi non obedientibus minatur, vt etiam ad ipsum Dominum Deum nostrum confugiamus, & illius præsidio nitamur: certi, non posse illum tutari partes & malitiam impiorum.

OBSER. *Vers. 23.* *Et reducet super eos iniquitatem ipsorum.*] Notemus hanc loquutionem. Qui agunt iniquè, putant se alios perdere: & iniquitatem quam exercent, actu transire & euanescere. Verùm hîc vides, fore olim reductionem iniquitatis, cuius nulla putatur superesse memoria. *Reducet, inquit, iniquitatem ipsorum.* Deinde: *Super eos, inquit.* At illi non ideo agunt impiè, vt iniquitate sua se ipsos grauent, quam alijs inferunt.

Consimilis est ratio etiam bonitatis, quæ impenditur proximo. Haud enim vlla ratione dici potest, reducturum Deum iniquitatem impiorum super caput eorum, & non reducturum bonitatem piorum.

Psal. 93. Tale est & illud quod dicit: *In malitia eorum perdet eos.* At illorum malitia interim putatur alios perditura. Verùm certissimùm est sua cuique malitia exitium.

Postremò, notabis etiam ingeminationem dictionis *perdendi*, & affirmationem, qua dicit: *Perdet eos Dominus Deus noster.* Confirmetur hîc mentes nostræ, certissimè omnium perdendam esse sedem iniquitatis.

PSALMVS XCV.

ARGVMENTVM ET DIVISIO PSALMI.

Habet hic Psalmus publicam quandam *ἑσφόνησιν*, & inuitationem ad laudandum, & colendum Deum. Sunt autem due illius partes. 1. Prima habet versus septem priores, quibus Prophetæ populum Dei ad *δοξολογίαν* & adorationem inuocationemq; Dei excitat, & rationes assignat. 2. Altera, quatuor postremis versibus Psalmum parænesi quadam concludit, qua populus Dei admonetur, vt diuina voci quotidie & incunctanter obediant, nisi velint immorigerorum patrum exemplo diuina gratia & quiete priuari.

PRIMA PARS PSALMI.

VERS. I.



- V**ENITE, cantemus Domino: iubilemus petre salutis nostræ.
- 2. Præueniamus faciem eius cum laude: in Psalmis iubilemus ei.
- 3. Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos.
- 4. In cuius manu sunt penetralia terræ, & cacumina montium ipsius sunt.
- 5. Cuius est mare, & ipse fecit illud, & aridam manus eius formauerunt.
- 6. Venite adoremus, & incuruemur, & genua flectamus ante Dominum, qui fecit nos.

LECTIO.

Vers. 1.

Venite, cantemus Domino.] Ebr. *לְבַר בְּרִנָּה לִיתְהוָה* Græc. *ἀγαλλιάσωμεθα ὡς ἑστὶν*: id est, *Venite, exultemus Domino.* Hieron. *Venite, laudemus Dominum:* *רבן* enim & exultare & cantare & laudare significat. Chald. *וְהוֹדוּ*: id est, *Et laudes dicamus.*

Iubilemus petre salutis nostræ.] Ebr. *בְּרִיעָה לְצִרֵי יִשְׂרָאֵל* Græc. *ἀγαλλιάσωμεν ὡς ἑστὶν σωτῆρι ἐκ μῶυ*: id est, *Iubilemus Deo seruatori nostro.* Hieronymus: *Iubilemus petre Iesu nostro.* Chaldæus: *מִרְהַבָּה נִירֵי בְּבֵרֵי הַרְבֵּי*: id est, *Iubilemus ante fortissimum redemptorem nostrum.* Arabs: *Et laudemus Deum liberatorem nostrum.* Felix: *Iubilemus rupi salutis nostræ.*

Post versum tertium habet Græcus ista: *ὅτι ὁ μὲν ἀπὸ σιταὶ λυσιδί τὸν λαόν αὐτῶ:* id est, *Quoniam non repellet Dominus plebem suam.* quam particulam etiam habet vulg. Lat. & Arabs quoq;., Græcum sequutus: cum nec in Ebræo textu, nec Chaldaica paraphrasi legatur, nec habeat eam versio Hieronymi.

Vers. 4.

Penetralia terræ.] Ebr. *מִתְּהוֹמֵי אָרֶץ* Græc. *τὰ κρυπτά τῆς γῆς*: id est, *Fines terræ.* Chaldæus habet *מִתְּהוֹמֵי אָרֶץ*.

B

...id est, ...
...atione
...dum De
...temu
...delinat
...sed h
...Seruato
...fac
...fac
...quid
...adhorta
...prop
...grati
...sed ipse
...faciam
...De
...Deu
...quod
...deos ex
...qua cun
...mitates,
...per alia
...putatur
...Deus, no
...Adiu
...illam non
...ita illam
...nec mo
...solam in
...maris tri
...pensione
...Quarto, ne
...illud, e
...maris que
...in ip
...tunc aliena
...condidisse,
...stru
...adorna
...Adora
...entiam
...eius, & oues
...Dominu
...nos popul
...mau ipsius
...ductionem
...Deo ac seru
...canta
...Ei quisq; &
...hoc Prop
...nibus voti
...quod al
...Dei faciat. Re
...quibus non
...fac
...patudinis ac
...pialata gratia
...pimus, oru
...Vbi vrgem
...implo
...no pariter a
...centia, in
...Quam Deu
...dicitur et
...molit, aliquot
...endum est, q
...magna q